



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficiarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

292. Quid dicendum de neophytis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](#)

C A P U T S E C U N D U M.
**D E C O N D I T I O N I B V S P R O M O V E N D O R V M Q V A S I
 S V P E R N A T V R A L I B V S.**

P A R A G R A P H V S I.

D e f i d e p r o m o v e n d i a d b e n e f i c i a E c c l e s i a s t i c a .

Q u e s t i o 289. *An, & quo jure infidelis non baptizatus sit ineligibilis & impromovibilis ad officia Ecclesiastica?*

Respondeo: jure divino quasi connaturali institutioni Ecclesia Christi esse impromovibilem, ita ut ex eodem jure electio vel promocio talis sit in ipso facto indispensabiliter irrita. Pass. cit. c. 25. num. 56. datur liquidem per baptisum primum veluti posse passivum, non tantum ad sacramenta, sed ad ea omnia recipienda & obtainenda, quae ad Christianum cultum spectant. D. Thom. 3. p. q. 63. a. 2. adeoque non baptizatus incapax est omnis jurisdictionis & administrationis Ecclesiastice, tanquam non incorporatus Christo & Ecclesia, ut membrum ejus, & pars.

Q u e s t i o 290. *Quid haec in re dicendum de infidelibus conversis?*

Respondeo: eos nec jure divino, nec humano communi esse ineligibiles aut aliter impromovibiles ad officia & beneficia Ecclesiastica, sumitur ex c. eam te. de rescrip. Abb. ibidem. Ita, etiam, ut nec auctoritate Capituli generalis, vel cuiuscunque religionis sine speciali auctoritate Apostolica ordinari possit, ut tales sint ineligibiles, quidquid sit de non admittendis hujusmodi ad professionem religiosam. Pass. loc. cit. num. 58. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 37. num. 30. Suar. tom. 4. de relig. l. 2. cap. 3. num. 6. & de cens. d. 43. f. 3. num. 8. Sayr. de cens. l. 3. c. 13. num. 12. Peyr. in pral. quest. 2. c. 5. §. 6. num. 84. &c.

Q u e s t i o 291. *Quid dicendum de descendentiis ex parentibus, idololatris, Saracenis, Iudeis?*

Respondeo: neque hos jure communi esse ineligibiles, aut impromovibiles, sive eorum parentes in infidelitate permanuerint, sive non. Nav. c. 27. num. 205. Suar. de cens. d. 47. f. 3. num. 7. Sanch. l. 2. in decal. cap. 28. num. 11. Peyr. loc. cit. num. 85. quin & Gregor. XIII. in constitut. sua. 3. apud Peyr. praecepit Minimis, ut ab eorum Ordine & dignitatibus non repellantur Judaeorum & Mahometanorum filii; similique Constat. Pii V. latam pro Minoribus, refert Idem num. 85. quas tamen constitutiones, quia poenales ad alios Ordines non extendi censem Pass. num. 59. citans Rodriq. tom. 1. q. 67. a. 2. Sigism. à Bon. dub. 82. num. 1. His tamen non obstantibus jure speciali,

vinimirum constitutionum Papalium, vel etiam aliquarum Ecclesiarum, vel Ordinum propriis statutis auctoritate Apostolica confirmatis repelluntur tales, etiam in plures generationes ab Ordinibus, beneficiis & Praelaturis; Sic Clemens VIII. pro Portugallia statuit, ne descendantibus ex genebre Hebraeorum usque ad septimam generationem dentur Canonicas & dignitates in Cathedralibus, & principales dignitates in Collegiatis, aut parochiis, vel beneficia curata. Barb. de potestate Episc. p. 1. tr. 2. gl. 17. apud Pass. loc. cit. sic Paulus IV. quod confirmavit Greg. XIII. statuit, ne filii Judaeorum, & Saracenorum recipi possint ad religionem & dignitates in Ordine Minorum observ. de quo vide Miran. tom. 2. q. num. 1. Peyr. loc. cit. num. 46. Sanch. in decal. l. 2. c. 27. num. 3. Nav. l. 5. conf. 2. de Judaeis.

Q u e s t i o 292. *Quid dicendum de Neophytiis, quo nomine veniunt solum adulti recente baptizati?*

Respondeo: eos esse irregulares respectu omnium Ordinum. Suar. de cens. loc. cit. Barb. de potestate Episc. loc. cit. Sayr. loc. cit. c. 10. num. 10. Peyr. loc. cit. num. 70. Azor. p. 2. l. 6. c. 2. q. 2. & hinc excluduntur Praelaturis solum & officiis, quae exigunt exercitium Ordinum, non vero quae puram jurisdictionem concernunt. Pass. l. cit. n. 61. finito autem Neophytorum statu, promoveri possunt sine alia dispensatione ad Ordines, officia, dignitatesque Ecclesiasticas. c. eam te. de rescrip. Abb. Felin. num. 72. Suar. cit. d. 43. f. 3. num. 7. Sanch. in sun. l. 2. c. 28. num. 11. & plures alii cit. à Pass. num. 62. Porro finitur status Neophytorum regulariter decennio à conversione, juxta Suar. loc. cit. num. 6. Sayr. num. 11. Peyr. loc. cit. et si Pass. num. 62. dicat, à quanto tempore Neophyti ordinari possint, non esse à jure determinatum. De cetero licet Episcopus in hac irregularitate dispensare, & Neophytum nondum per tempus congruum probatum, etiam in penuria ministrorum, vel etiam ob excellentiam qualitatum statim à suscepto Baptismo sine aliqua morali distantia ad Ordines promovere nequeat sine dispensatione Papæ; spectat tamen ad eum consideratis Neophyti eruditione, prudentia, fide, humilitate &c. & recta conversatione, arbitrii & decernere eum ad Ordines promoveri posso, adeoque exisse statum Neophytorum; quod tamen arbitrii quoad Neophytes promovendos ad Episcopatum relinquentum Papæ. Pass. num. 61.

C. 62.

Q u e s t i o